

ORATIO RECITANDA ANTE SACRAMENTALES CONFESIONES EXCIPIENDAS

*Dá mihi, Domine, sedium tuarum assistricem Sapientiam, ut sciam judicare populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio. Fac me ita tractare Claves Regni Coelorum, ut nulli aperiám cui claudendum sit, nulli claudam cui aperiendum sit. Sit intentio mea pura, zelus meus sincerus, charitas mea patiens, labor meus fructuosus. Sit in me lenitas non remissa, asperitas non severa, pauperem ne despiciam, diviti ne aduler. Fac me ad alliciendos peccatores suavem, ad interrogandos prudentem, ad instruendos peritum. Tribue, quaeso, ad retrahendos a malo solertiam, ad confirmandos in bono sedulitatem, ad promovendos ad meliora industriam: in responsis maturitatem, in consiliis rectitudinem, in obscuris lumen, in implexis sagacitatem, in arduis victoriam, inutilibus colloquiis ne detinear, pravis ne contaminer, alios salvem, meipsum non perdam. Amen.*

DCXLI.

Beatissimo Padre

*Alcuni divoti aggregati alla Pia unione di Roma sotto gli auspicii dell'Immacolata Concezione di Maria umilmente presentano alla Santità Vostra la modula delle Offerte del Sangue preziosissimo di N. S. G. C. da stamparsi e recitarsi dai fedeli alla Santissima Trinità in ringraziamento delle grazie concesse alla Santissima Regina del Cielo e della Terra particolarmente del privilegio dell'Immacolata sua Concezione. Supplicano quindi gli umili Oratori la clemenza di V. S. a concedere l'Indulgenza di 300 giorni ogni volta che ciascun fedele reciterà le dette offerte, o recitandole continuamente per un mese l'Indulgenza Plenaria previa la S. Confessione e Communionem, e che dette Indulgenze siano anche applicabili alle anime Sante del Purgatorio.*

*Che etc.*

OFFERTE

*Del preziosissimo Sangue di N. S. G. C. alla Santissima Trinità in ringraziamento de' doni e privilegi dei quali fu arricchita la Santissima Vergine e Madre Maria, particolarmente della sua Immacolata Concezione.*

*Eterno Padre vi offro il Sangue preziosissimo di G. C. in unione della Santissima Vergine immacolata, ed a suo nome, in unione ed a nome di tutti i beati del Cielo e di tutti gli eletti della Terra in ringraziamento dei doni e privilegi dei quali l'avete arricchita come vostra obbedientissima figlia, particolarmente del suo immacolato concepimento. Vi offro anche questo Sangue prezioso per la conversione dei poveri peccatori, per la propagazione ed esaltazione della S. Chiesa, per la conservazione e prosperità del Sommo Pontefice e secondo le sue intenzioni. Gloria Patri etc.*

*Verbo Eterno ed incarnato vi offro il vostro preziosissimo Sangue in unione della Santissima Vergine immacolata ed a suo nome ed in unione ed a nome di tutti i beati del Cielo, e di tutti gli eletti della Terra in ringraziamento dei doni e privilegi dei quali l'avete arricchita come vostra affezionatissima Madre, particolarmente del suo immacolato concepimento. Vi offro anche questo vostro Sangue preziosissimo per la conversione de' poveri peccatori, per la propagazione ed esaltazione della S. Chiesa, per la conservazione e prosperità del Sommo Pontefice Romano e secondo le sue intenzioni. Gloria Patri etc.*

*Eterno Spirito Santo Dio vi offro il Sangue preziosissimo di G. C. in unione della Santissima Vergine immacolata ed a suo nome ed in unione ed a nome di tutti i beati del Cielo e di tutti gli eletti della Terra in ringraziamento dei doni e privilegi, dei quali l'avete arricchita come vostra fedelissima sposa, particolarmente del suo immacolato concepimento. Vi offro anche questo Sangue prezioso per la conversione de' poveri peccatori, per la propagazione ed esaltazione della S. Chiesa, per*

la conservazione e prosperità del Sommo Pontefice Romano e secondo le sue intenzioni. Gloria Patri etc.

PREGHIERA ALLA SANTISSIMA VERGINE

*Madre di Dio immacolata Santissima Vergine Maria che per l'amore che a Dio portate e per la gratitudine che gli avete per tante grazie e favori di cui foste da lui arricchita, particolarmente del privilegio singolarissimo del vostro immacolato concepimento, e per i meriti infiniti di G. C. vostro divin figlio e nostro Signore, vi preghiamo e scongiuriamo ad ottenerci la più perfetta e costante divozione verso di Voi ed una piena fiducia di ricevere per la vostra potentissima intercessione tutte le grazie che domandiamo. Sicuri fin da ora di ottenerle dalla vostra immensa bontà col cuore pieno di giubilo e riconoscenza vi veneriamo ripetendo il saluto che vi fece il S. Arcangelo Gabrielle. Ave Maria etc.*

Romae die 18 Junii 1854

Benigne annuimus pro gratia juxta petita servatis conditionibus necessariis ad Indulgentiam lucrandam.

PIUS PP. IX

DCXLII.

URBIS ET ORBIS

Praeter quamplurimas Plenarias et Partiales Indulgentias, quas ad excitandum in fidelium cordibus devotionis affectum erga S. Stanislauum Kostkam tum in ejus festo celebrando, tum in decem Dominicis ante dictum festum peragendis, tum pro aliis piis exercitationibus in ejusdem sancti honorem persolvendis, ipsis fidelibus elargiti sunt Summi Pontifices Pius VII et Leo XII gloriosae recordationis, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX concessionem Indulgentiae quoque tercentum dierum omnibus Christifidelibus semel in quolibet anni die lucrificandae, tres orationes corde saltem contrito recitantibus, tam ad impetrandas Puritatis, et Charitatis virtutes, quam gratiam Bonae Mortis me-

ritis et intercessione ejusdem Sancti a Deo obtinendam, die 22 mensis Martii anni 1847 propria manu obsignavit. Enixis iterum delatis precibus eidem Sanctissimo Domino Nostro ex parte Reverendissimi P. Salvatoris Pascale Procuratoris Generalis Congregationis vulgò « *de Pii Operaj* » in Urbe, ut Plenariam etiam Indulgentiam pro tribus praefatis orationibus dignaretur elargiri, Sanctitas Sua referente me infrascripto Sac. Congregationis Indulgentiarum Secretario in Audientia diei 10 Julii 1854 Oratoris votis elementissime exceptis indulset, ut omnes utriusque sexus Christifideles, qui singulis diebus cujuslibet mensis tres enunciatas orationes, totidemque orationes dominicas et *Angelicas Salutationes* et *Gloria Patri* etc. semel saltem in die recitaverint, Indulgentiam Plenariam semel in unoquoque mense lucrari possint et valeant ea scilicet die, qua vere poenitentes confessi, sacraque Synaxi refecti aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, quas Indulgentias tam Partiales pro singulis diebus quam Plenarias pro singulis mensibus voluit etiam ut unusquisque e Christifidelibus animabus in Purgatorio detentis applicare quaeat. Praesentibus in perpetuum valituris absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 10 Julii 1854.

F. CARD. ASQUINIUS PEARF.

A. Colombo Secret.

DCXLIII.

URBIS ET ORBIS

Cum sancta sit ac salubris pro defunctis exorandi cogitatio, ut ab eorum solvantur peccatis, ad excitandos erga eos militantis Ecclesiae fideles Romanorum Pontificum Apostolica sollicitudo numquam defuit in elargiendis de ipsius Ecclesiae thesauro pene innumeris Indulgentiis, animabus praesertim in Purgatorio detentis applicabilibus tam in quarumdam Orationum recitatione, quam in nonnullis piis operibus peragendis, ut citius, e piacu-

laribus flammis solutae, ad supernorum civium societatem evolarent. Ut maximum autem eisdem animabus procuraretur solatium, sedente Benedicto XIII felic. rec. pia quaedam devotio, quam Votum, seu Oblationem appellant, a P. D. Gaspare Oliden ex Clericorum Regularium Theatinorum familia fuit instituta, aut saltem per Catholicum Orbem propagata, per quam Christifideles ipsam amplectentes omnia propria meritoria opera, dum in terris morantur, ac singula eorum suffragia, cum ex hac vita decesserint, defunctis fidelibus singulari pietate offerunt, atque in eorum cedunt utilitatem, idemque prae laudatus Pontifex Benedictus XIII omnibus hanc oblationem emittentibus peculiare elargitus est Indulgentias, quas rursus postulante eorumdem Theatinorum Praeposito Generali die 12 Decembris 1788 Summus Pontifex Pius VI sua auctoritate confirmavit, et in Audientia 30 Septembris 1852 Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX instantibus nonnullis Ecclesiasticis viris non modo eas iterum confirmavit, verum etiam voluit eas, ut infra, declarare.

1. Quod Sacerdotes ipsam oblationem profitentes Indulto Altaris Privilegiati personalis gaudere possint singulis anni diebus.

2. Quod omnes Christifideles, qui idem votum, seu oblationem emittunt, Indulgentiam Plenariam fidelibus tantum defunctis applicabilem lucrari queant quocumque die ad Sacram Communionem accesserint, et qualibet anni feria secunda Sacrum Missae Sacrificium in suffragium eorumdem defunctorum fidelium audierint, dummodo in utroque casu aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint.

3. Quod ipsis Christifidelibus omnes et singulas Indulgentias quocumque modo concessas, vel in posterum concedendas, quas lucrari possunt, animabus pariter defunctorum applicare liceat.

4. Quod ut magis ac magis animabus piacularibus flammis addictis perenne tribuatur auxilium ad universi Orbis Christifideles dictam oblationem exsolventes, quatenus opus sit, hoc Indultum extensum habeatur.

Praeterea Eadem Sanctitas Sua prae oculis habens tum adolescentes nondum ad Sacram Communionem accedentes, tum vero infirmos, senes, villicos, in carceribus detentos, caeterosque fideles, qui aut ad sacram Synaxim accedere, aut in feria secunda Sacrum Missae Sacrificium audire nequeunt, in Audientia diei 20 Novembris labentis anni elementer indulsit, ut omnibus et singulis Christifidelibus, qui legitimo impedimento nequeunt Sacrum audire in feria secunda, pro acquisitione supraenunciatae Indulgentiae, in qualibet secunda feria, ut supra, concessae suffragetur Missa quam die Dominico ex praecepto audire tenentur; pro omnibus et singulis vero fidelibus, qui aut nondum Sacrae Eucharistiae sumendae capaces, aut legitima alia ratione hoc Sacramentum sumere nequeunt, benigne remisit facultatem arbitrio respectivi pro tempore Ordinarii Locorum subdelegandi Confessarios ex approbatis pro opportuna Communionis in aliis piis operibus commutatione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro, absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congr. Indulg. die 20 Novembris 1854.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.

A. Colombo Secret.

DCXLIV.

VERONEN.

SEU

URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX Universis Christifidelibus Coronam ut infra corde saltem contrito ac devote recitantibus Indulgentiam tercentum dierum semel tantum in qualibet die acquirendam benigne concessit; iis vero Christifidelibus, qui praememoratam Coronam per integrum mensem recitaverint Indulgentiam Plenariam semel in quolibet mense lucrificandam die uniuscujusque arbitrio eligendo, in qua vere poenitentes confessi, sacraque Communionem refecti fuerint et aliquam Ecclesiam

seu publicum Oratorium devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint clementer impertitus est. Facta quoque potestate easdem Indulgentias in suffragium fidelium defunctorum applicandi. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 11 Decembris 1854.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.

A. Colombo Secret.

CORONCINA

OSSIA PREGHIERA IN ONORE DEL SS. ED IMMACOLATO CUORE DI MARIA

V. Deus in adiutorium meum intende

R. Domine ad adjuvandum me festina etc.

1.º Vergine Immacolata che concepita senza peccato dirigete tutti i movimenti del purissimo vostro Cuore a quel Dio che fu costantemente l'oggetto del vostro amore sempre sottomessa al suo divin volere, ottenetemi che abborrendo di tutto cuore la colpa, impari da Voi a vivere rassegnato alla volontà del Signore. Pater Noster, e sette Ave Maria.

Cuor trafitto dal dolor

Fa che avvampi il mio d'amor.

2.º Ammiro o Maria quella profonda umiltà, onde si conturbò il benedetto vostro Cuore all'annunzio onorevole che vi fece l'Arcangelo Gabrielle di essere scelta a Madre del Figliuolo dell'Altissimo, protestandovi di Lui umilissima ancella, e confuso alla vista della mia superbia, a Voi dimando la grazia di un cuore contrito e umiliato, perchè conoscendo la mia miseria possa giungere a conseguire quella gloria che è promessa ai veri umili di cuore. Pater etc.

Cuor trafitto etc.

3.º O Cuore dolcissimo di Maria prezioso tesoro in cui la Vergine benedetta conservava le parole riflettendo ai sublimi misteri che udiva del suo figliuolo Gesù onde non sapeva vi-

vere che per Iddio: quanto la freddezza del mio cuore mi confonde. Ah cara Madre ottenetemi che meditando nel mio cuore la santa legge di Dio cerchi d'imitarvi nel fervoroso esercizio delle Cristiane virtù. Pater etc.

Cuor trafitto etc.

4.º O gloriosa Regina de' Martiri il cui Sacro Cuore nella Passione del Figlio fu acerbamente trafitto da quella spada che vi avea predetta il Santo Vecchio Simeone; impetrate al mio cuore una vera forza e una santa pazienza nel sostenere le tribolazioni e le avversità di questa misera vita, e crocifiggendo la mia carne colle sue concupiscenze, nel seguire la mortificazione della Croce mi mostri vostro vero figliuolo. Pater etc.

Cuor trafitto etc.

5.º O Mistica Rosa Maria, il cui amabilissimo Cuore arrendendo delle fiamme più vive di carità ci accettò per figliuoli ai piedi della Croce divenendo così la tenerissima nostra Madre; deh fatemi sentire la dolcezza del vostro cuore materno, e la forza del vostro potere presso Gesù in tutti i pericoli della mia vita, e particolarmente nell'ora terribile della mia morte; e così il mio Cuore unito al vostro sempre ami Gesù adesso e nei secoli dei secoli. Così sia. Pater etc.

Cuor trafitto etc.

Volgiamoci ora al Santissimo Cuore di Gesù perchè c'infiammi del Santo suo Amore.

O divin Cuore del mio Gesù io mi consacro a Voi e pieno di gratitudine pei tanti benefizii che ho ricevuto e ricevo dall'infinita vostra carità vi ringrazio con tutto il cuore di avermi anche donata la vostra Santissima Madre consegnandomi a Lei come figlio nella persona del diletto discepolo, deh! fate che il mio cuore arda sempre di amore per Voi, trovando nel dolcissimo vostro Cuore la sua pace, il suo rifugio e la sua felicità.

V. Cor Mariae doloris gladio transfixum

R. Amore Jesu, quo ardes, accende Cor nostrum.

OREMUS

*Concede quaesumus omnipotens Deus ut qui in Sacro Beatissimae Virginis Mariae Corde gloriantes, Summae ejus in te charitatis et maternae in nos dilectionis commemorationem recolimus, ejusdem amantissimae matris et charitatem imitemur, et patrocinia sentiamus. Per Christum Dominum Nostrum.*

R. Amen.

DCXLV.

AUTHENTICITATIS OPUSCULI

VULGO DELLA RACCOLTA DI ORAZIONI ETC.

*Decimaetertiae Editionis Romanae*

Romani Pontifices, quibus praecipua demandata est cura de Christi Gregis aeterna procuranda salute, apertis Ecclesiae thesauris, pene innumeras Indulgentias concesserunt ad spiritualem Christianorum utilitatem, cum *Indulgentiarum usum Christiano populo maxime salutarem esse* Sac. Trid. Synod. doceat (Sess. 25 in Decr. de Indulg.). Accidit tamen, et persaepe evenire solet, ut a fidelibus praefatae Indulgentiae non acquirantur ex eo quod vel earum concessionibus, aut injunctae conditiones adimplendae omnino ignorantur, vel ex eo quod in nonnullis praesertim Opusculis, aut impressis foliis, quae per orbem absque hujus Sacrae Congregationis approbatione circumferuntur, ne quid de illis dicatur, quae apocriphae quoque sunt et falsae, nec singulae nec integrae conditiones declarentur. Quamobrem opportunum ac necessarium jamdudum Sac. eidem Congregationi videbatur, ut preces ac pia opera, illa praecipue quibus ex generalibus Summorum Pontificum elargitionibus Indulgentiae sunt adnexae ex suis germanis fontibus fideliter hausta et simul collecta atque ordine digesta in vulgus ederent. Quod quidem ad annum usque millesimum octogesimum quadragesimum quartum perfecit clar. me. Canonicus Telesphorus Galli hujus Sac. Congregationis Consultor. Ne autem posteriores Indulgentiarum concessionibus tum a felic. rec. Gregorio PP. XVI tum a Pio IX Pontifice Optimo Maximo peractae in praefata Collectione deessent, ipsas Aloisius Prinziavalli

Archipresbyter insignis Basilicae S. Mariae in Cosmedin de Urbe, Secretariae ejusdem Sacrae Congregationis Substitutus in decima secunda Editione collectas, in hac Urbe evulgavit, atque iterum ab eo ex Typographia Salvioniana novis generalibusque concessionibus locupletata in lucem emittitur.

Itaque Sacra haec Congregatio Indulgentiarum Sacrisque Reliquiis praeposita non solum praedictum Opus omnibus Christianis vivis ac defunctis maxime perutile fore probavit et ut authenticum recognovit, verum etiam monuit, ut si in quacumque ejusdem Operis Editione seu versione cujuscumque idiomatis tam intra quam extra Urbem jam exarata, vel in posterum exaranda, dubium aliquod subinde emerit sive quoad Indulgentiarum concessionibus, sive quoad praescriptas condiciones adimplendas, ad praesentem decimaetertiam Romanam Editionem in actis ipsius Sac. Congregationis relatam recursus habeatur; ac propterea ut hoc Decretum omnibus omnino pateat, typis similiter tum latino tum italico idiomate impressum, ad calcem praefatae Editionis apponi mandavit. Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulg. die 15 Decembris 1854.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.

*A. Colombo Secret.*

DCXLVI.

DITIONIS BELGICAE

*Cum Sac. Congregatio Indulgentiarum in una Valentinen. sub die 5 Februarii 1841 resolutionem dedisset sequenti dubio « Utrum infirmus pluries lucrari possit Indulgentiam Plenariam in mortis articulo a pluribus Sacerdotibus facultatem habentibus impertiendam? Respondit Negative in eodem mortis articulo ». Exinde quaeritur.*

1.º *Utrum vi praecedentis resolutionis prohibitum sit, infirmo, in eodem mortis periculo permanenti, impertiri pluries, ab eodem vel a pluribus Sacerdotibus hanc facultatem habentibus Indulgentiam Plenariam in articulo mortis, quae vulgo Benedictio Papalis dicitur?*